



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones
Lectissimorum Casuum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

R

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

quia non est pactum quod obliget ex iustitiâ. Henric. & alij 5 p. 2. tr. 17. ref 9. Est tamen probabile promissionem etiam internam in conscientia obligare: nam per actum interiorem, ut probabilis fert opinio, potest transferri dominium. Sanchez & alij 4. p. 3. tract. 5. ref 116.

2 Qui iuravit meretrici dare 100. aureos pro actu fornicario, non tenetur, nisi ad eam partem quam eius conditionis homines solent similibus solvere: quia promissio prodiga etiam iuramento firmata, obligat solum ad quantitatem in qua nulla est prodigalitas. Bannez & alij 6. p. 4. tr. 4. ref 27.

3 Iuramentum additum sanctæ promissioni non inducit veram obligationem. Ochagau. p 5 tr. 14. ref. 34.

R

REGVLARES.

1 Equites D. Ioannis, D. Iacobi, Calatrauz, Alcantaræ, &c. cum sint verè Religiosi, possunt confiteri Confessario non approbato per Episcopum. Sancius. Sed contraria est consuetudo.

Per votum tamen Equitum D. Iacobi, Alcantaræ, &c. non dissolvitur matrimonium ratum, sic decernente Pontifice. Quod de Equitibus S. Ioannis minimè dicendum est. *p. 3. tr. 2. res. 30.*

2 Religiosi militares decenter accedunt ad Sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ, ense & pugione accincti. Sancius *ibid.*

3 Vocales Religionis, id est, qui habent ius suffragij, non possunt pro arbitrio abesse à Capitulo, quia illorum est cōsulere commodis, tam spiritualibus quàm temporalibus Religionis. Si tamen quis sciuerit rem iniustam in Capitulo concludendam, nec se posse suo suffragio illam impedire, potest abesse: secus autem si possit impedire, tunc enim si absit ob humanos respectus, peccat mortaliter. Garfias & alij. *ibid. resol. 6.*

4 Qui negat suffragium Novitio idoneo, peccat mortaliter. Quia non tantùm illum retrahit ab ingressu Religionis, sed etiam ab eâ expellit sine iustâ causâ. Suarez & alij 5 *ibid. res. 19.*

5 Solus metus reverentialis annullat professionem. Pontius & alij 2. *ibid. res. 92.* Quòd si dubium sit, vel an me-

tus

ius intercesserit, vel an fuerit iustus, vel an ratione metus adfuerit animus obligandi, &c. semper præsumendum est in fauorem Religionis, & professionis. Sanchez & alij. p. 4. tr. 3. ref. 55.

6 Professio aliquot mensibus post annum nouitatus emissâ, est valida. Possuntque Superiores post annum expletum, differre professionem, iustam ob causam. Rodriq. & alij. p. 3. tr. 2. ref. 128.

7 Simplex Religiosus potest de licentiâ Superioris alium admittere ad professionem. Villalob. & alij. 2. ibid. ref. 70.

8 Morbus gallicus in examine celatus, etsi de iure non faciat professionem irritam, præbet tamen causam sufficientem sic professum à Religione expellendi. Lessius & alij. 6. p. 4. tract. 4. ref. 188.

9 Si Monialis erumpente naturâ mutaretur in marem, non teneretur religionem virorum ingredi, sed esset libera à votis. Texeda. & Torreblanc. p. 5. tr. 14. ref. 49.

10 In dubio an parentum necessitas sit grauis, potest filius Religionem ingredi: quia possidet libertatem. Sanchez p. 4. tr. 3. ref. 57. Quando autem ad eos iuuandos è Religione egreditur,

potest etiam habitum dimittere, si eos aliter iuuare non potest. Fagund. p.6. tr.7.ref.19.

11 Ad faciliùs impetrandam receptionem suam in Religione, potest quis gratis, & sponte dare munera Superioribus, vel alijs. Valent. & alij. Notandum autem habitum Ordinum Regularium Equestrium esse hominum iudicio quid honorificum, proindeque honorem illum esse pretio æstimabilem. Villalob. p.3. tract.2.ref.64. & p.6. tr.8.ref.17.

12 Abbatissa potest pacisci de certâ pecuniæ summâ, donec dos Monialis Monasterio soluatur, ratione damni emergentis. Rodriq. & alij 2. Non potest tamen à Nouitijs accipere aliquid ultra victum, & vestitum, ne mutuum quidem; propter particulam, *quocumque pretextu*, additam in Decreto Conc. Trident. sess.25.c.16. Si autem excessiua dos pro ingressu accipiatur, excessus est restituendus, nisi liberaliter concedatur. Suarez & alij 2. p.3. tr.2. ref.97. & 100.

13 Legitima non debetur filijs statim post professionem Patris, sed tantum post mortem eius, interim autem ma-

net

net Monasterio. Castrop. Contrarium
tamen docet Suarez & alij 4. p. 6. tr. 7.
resol. 55.

14 Qui ignorat nullitatem suæ pro-
fessionis, vel impeditur quò minùs re-
clamet intra quinquennium, potest ad-
huc reclamare. Sanchez & alij 5. p. 3.
tr. 2. res. 53. Vt autem professio reualide-
tur, debet quis esse conscius nullitatis
eius. Suar. & alij 10. nisi fortè ratificaret
sub conditione, si non valuisset. Less.
p. 6. tr. 7. res. 56.

15 Inualidè professus, qui postea du-
bitat an primo quinquennio ratificaue-
rit professionem, debet præsumi ratifi-
casse; quia hæc est præsumptio Triden-
tini, si toto illo quinquennio non recla-
mauerit, & possessio est pro Religione.
Sanctarell. & Merol. part. 4. tract. 3.
res. 49.

16 Religiosus exuens habitum in loco
secreto, vt commodius ei sit; vel vt me-
lius currat, saltet, &c. non incurrit ex-
commun. Neque si iniustè grauatus à
Prælato immediato, fugit ad superio-
rem sine habitu Religionis, ne agnitus
comprehendatur. Imò neque si ob-
turpem causam, v. g. vt furetur occultè,
vel fornicetur, illum dimittat mox
real-

reassumpturus. breue autem tempus est spatium vnus horæ. Sanchez & alij. Imò neque in his omnibus peccabit mortaliter, nisi eius regula specialiter sic ad hoc obliget. Suarez & alij 3. p. 3. tr. 2. ref. 115. & p. 5. tr. 5. ref. 61. & tr. 14. resol. 72.

17 Quando Religiosi ex regulâ tenentur certis temporibus confiteri, non obligantur si sola habeant venialia: quia etsi secundum aliquos possit Ecclesia præcipere confessionem venialium, non potest tamen regula statuere aliquid circa materiam Sacramenti Pœnitentiæ. Villalob. p. 5. tr. 13. ref. 35.

18 Quilibet Religiosi etsi etiam ex consuetudine recitent horas extra chorum, non peccant mortaliter. Suarez & alij 4. Imò quamuis Religio habeat breuiarium peculiare, possunt extra chorum vti Breuiario Romano, vel alterius Religionis, si cum ipsis legant. Rodriq. & Mirand. p. 3. tr. 2. ref. 18. & 135.

19 Privillegium dicendi aliud officium v. g. Corporis Christi, vel Conceptionis B. V. modò non sit Sancti illius Religionis, participari per communicationē ab alijs Religionibus docet Bordon. sed tu cogita. p. 6. tr. 8. re. 14.

20 O
clesis
pecca
datur
suetu
præce
ritur
resol. 8
21. I
dium
fiat in
Ius ac
22. I
migr
bri, i
Episc
erecti
rum
23. P
loco
ferre
Roda
24
po ac
ras.
dent
tum
pi. Vi
25 E

20 Omittere Missam solennem in Ecclesiis Regularium diebus festis, non est peccatum mortale, modò absit scandalum, & contemptus; quia illa consuetudo non est inducta per modum præcepti & obligationis, quod requiritur ut obset consuetudo. *p. 3. tr. 2. resol. 8.*

21 Prohibitum est Regularibus studium Iuris civilis absque licentiâ, nisi fiat in ordine ad Ius Canonicum melius addiscendum. *ibid. res. 79.*

22 Ex privilegio Sixti V. Regulares migrare possunt ex Conventu insalubri, in alium salubriorem, sine licentiâ Episcopi: quia Trid. loquitur de novâ erectione, non de mutatione domorum. *Rodriquez & alij. 2. ibi. res. 136.*

23 Possunt Regulares cadauera in vno loco ad tempus deposita, in alium transferre sine Episcopi licentiâ. *Villalob & Rodriquez. ibid. res. 120.*

24 Non possunt Regulares ab Episcopo ad processiones compelli per censuras. *Sanchez & alij. 6.* Non tamen debent facere processiones extra ambitum Conventus absque licentiâ Episcopi. *Villalob. & alij. ibid. res. 76. & 77.*

25 Episcopus non habet iurisdictionem

in

in Regulares exemptos, et si sit in possessione illos iudicandi. Quia exemptus non potest sine licentiâ Summi Pontif. exemptioni renuntiare. Rodriq. & alij. Neque includuntur in prohibitione Episcopi, ne quis exorcizet sine ipsius licentia. Portel. Nec possunt Episcopi ea quæ iurisdictionem dicunt, in Ecclesiis Regularium ipsis inuitis exercere. Peirin. *ibid. ref. 134. 36. & 109.*

26 Episcopus virtute Conc. Trident. non potest Regularem notoriè delinquentem mittere in carcerem, nec formare processum contra illum; defectu iurisdictionis. Villalob. *ibid. ref. 132.*

27 In festis ab Episcopo iniunctis, Regulares suum ritum retinere possunt quoad Missas, & diuina officia, non quoad Euangelia, vel Epistolas in lectionibus, vel concionibus ad populum. Peirin. *ibid. ref. 108.*

28 Nec Episcopus, nec Legatus à latere potest ferre censuras in Regulares exemptos, sine speciali mandato Pontificis. Villalob. *p. 5. tr. 9. ref. 43.* Si tamen incurrant excomm. ob crimen notorium, possunt denunciari ab Episcopo, vt ab alijs vitentur. Henriq. & alij 7. et si quidam id tantum admittant in

casibus

casibus
Nauar
19 E
auoca
inferio
tel, &
ne vrg
30 R
appell
perio
do Pr
dunt
ibid. r
to Su
& in
exire
rem
ratur
31
vno
nis c
mili.
Con
uis
re a
ris.
The
aut
inf.

casibus specialiter Episcopo permissis.

Nauarr. & alij 2. p. 3. tract. 2. res. 35.

29 Possunt Generales Religionum auocare ad se causas pendentes coram inferioribus Prælati, secundum Portel, & Zambell. ne tamen id faciant sine urgentissimâ causâ p. 6. tr. 8. res. 35.

30 Regularis qui iustam habet causam appellationis, potest omissis mediis Superioribus ad Papam prouocare, quando Prælati corrigentes manifestè excedunt limites religiosæ disciplinæ. Sanch. *ibid.* res. 54. Potest item, si ab immediato Superiore fuerit nimium grauatus, & iniuste vexatus, sine illius licentiâ

exire è Monasterio, ut adeat Superiorem supremum, & de iniuriâ conqueratur. Nauarr. & alij 5 p. 3. tr. 2. res. 56.

31 Non potest Monialis transire de vno Monasterio ad aliud reformationis causâ, vel foundationis, aut aliâ simili, sine licentiâ Papæ; sic declarauit Congreg. Cardin. *ibid.* res. 127. Sed quis potest à Religione strictiori, transire ad laxiorem cum licentiâ Superioris. 1. ob corporis imbecillitatem. D. Thom. & alij 5. 2. si indignè tractetur, aut sit exosus. Lessius & alij 3. 3. si est infamatus; ita ut semper in pudore, &

sub-

subinde magnâ tristitiâ sit victurus.
Sanchez. *ibid.* ref. 43.

32 Bona Religiosi transeuntis ad aliam Religionem, pertinent ad primum Monasterium, quod ad summum tenetur illi dare sufficientia alimenta. Suarez & alij. *ibid.* ref. 114.

33 Qui transit ad aliam Religionem, potest tecum deferre scripta, & libros à se compositos. Valerius. *ibid.* ref. 63.

34 Religiosus factus Episcopus, vel Cardinalis, eximitur à paupertatis voto, fitque verus dominus reddituum Ecclesiasticorum. (Vasquez & alij 4.) & de illis potest testari. (Medin.) imò & renuntiationem legitimæ factâ ante professionem seruâtâ Tridentini formâ potest reuocare. (Molfes. & alij 4.) Eximitur item ab aliis votis quæ præter tria substantiâ emittuntur in quibusdam religionibus. vnde & Minimi à voto vitæ quadriagesimalis. (Sanchez.) Neque tenetur ad obseruantiam regularem, nisi ex quadam honestate. Neque si omittat habitum Religionis, incurrit excomm. Sanch. & alij 5. *ibid.* ref. 50. & p. 5. tra. 2. ref. 64. 65. 66. & tr. 8. ref. 31. & tr. 13. ref. 39.

35 Religiosi Cardinales vel Episcopi.

pos-

possi
in ip
liarit
Relig
p. 5
36
se en
uarr
obec
quic
Mol
37
eme
Sup
ad
& a
Rel

38

Fra
&
39
gii
cu
lig

possunt suscipere alios in baptismo: quia in ipsis cessat periculum nimiae familiaritatis, & incontinentiae, ob quod Religiosis id prohibetur. Sanch. & alij 3. p. 5. tr. 2. ref. 67.

36 Expulsus à Religione non tenetur se emendare, ut ad illam redeat; (Na-uarr. & alij 3.) Neque obligatur voto obedientiae, sed paupertatis; unde quidquid acquirit, Monasterio acquirit. Molin, & alij p. 3. tr. 2. ref. 60.

37 Religiosum eiectum ab Ordine, si emendatus petat ingredi, non tenentur Superiores recipere: neque ipse tenetur ad aliam Religionem transire. Sanchez & alij. Imò probabiliter nec ad suam Religionem tenetur redire. *ibid* ref. 116.

*Regularium priuilegia circa
Sacramenta.*

38 Generalis & Capitulum generale possunt limitare, vel adimere Fratribus usum priuilegiorum. Rodriq. & alij 4. p. 3. tr. 2. ref. 87.

39 Aliæ Religiones gaudent priuilegiis Societatis IESV concessis etiam cum limitatione, ne in illis aliqua Religio communicet. Imò ubi in Societa-

514 *Regularium priuilegia*

te non possunt illis frui, nisi concedatur à Generali, ea limitatio non ligat alios Regulares. Portel. & alij. *ibid.* ref. 81. & p. 5. tr. 13. ref. 46.

40 Non abrogantur Regularibus priuilegia per non usum, vel contrarium usum. (Portel. & Bauny.) sed reuocantur per Bullam Cœnæ Domini: quia derogat expressè eiusmodi priuilegiis. (Zanard. & alij.) Quamuis multi contrarium doceant. Villalob. & alij 3. p. 3. tr. 2. ref. 88. & 10. & p. 6. tr. 7. ref. 58.

41 Derogatio priuilegiorum Societatis IESV sub qualibet amplissimâ formâ non valet, nisi fuerit intimata. Cherubin. Nulli tamen Regulares possunt in foro conscientie uti priuilegiis suis reuocatis per Concil. Trid. Sâ & alij 3. quamuis plures id affirmant. Sanchez & alij 6. p. 3. tr. 2. ref. 68. & 59.

42 Qui asserunt confessos Regularibus teneri eadem peccata confiteri suis Parochis, puniendi sunt ab Inquisitoribus, tamquam suspecti de hæresi. Zanard. & alij 4. p. 4. tr. 8. ref. 101.

43 Confessarij Regulares, qui facultatem à suis Prouincialibus ad hoc acceperunt, possunt dispensare cum coniugatis qui impediuntur incestu, vel voto;

voro, ad petendum debitum. Sanchez & alij 6. Quæ dispensatio dari potest extra Sacramentum, & urgente necessitate, absentibus per scriptum. Portel. sed nunc quia revocata sunt viux vocis oracula, cessat omnis illa potestas. Possunt tamen ex alio quodam privilegio in iis dispensare, sed solum in confessione, & in ipsâ Ecclesiâ Religionis, & quidem si specialiter ad hoc sint à Superiore deputati, ita vt mortuo Superiore, vel amoto cesset ea deputatio, & potestas. Lezan. p. 3. tract. 2. ref. 14 & p. 6. tr. 8. ref. 32.

44 Regulares approbati in vnâ diocesi, si in itinere non possunt faciliè Ordinarium adire, possunt in aliâ confessiones audire; ex privilegijs Pontific. non repugnantibus Parochis; in quibus mel approbatos censeri simpliciter approbatos vbique docet Bauny & alij 2. sed obstare videtur constitutio Urbani VIII. p. 3. tract. 2. ref. 123 & p. 6. tract. 7. ref. 59.

45 Non videtur puniendus Regularis, qui expositus ad excipiendas tantum virorum confessiones, excepit etiam feminarum virtute Iubilæi: quia fecit secundum opinionem probabili-

lem. Sanchez & alij 4. p. 3. tr. 2. res 93.

46 Generales & alij Prælati Religionum possunt eligere Confessarium, etiam extra Religionem, dummodò ab eorum statutis hoc non prohibeatur. Suarez & alij 8. Nec Capitulum Generale huic priuilegio derogare potest, nisi fuerit à Papâ confirmatum. Porro eodem priuilegio fruuntur Vicarij Sede vacante, vel absentibus Prælatibus. Leone & alij 2. quamuis id probabiliter neget Suar. & Bordon. Imò etiam præsentem Superiorem hoc eis concedit Pasqualig. quòd etiam tunc sint verè superiores. *ibid. res. 1. & p. 6. tr. 8. res. 15.*

47 Prælati Regulares, & quilibet Religiosi habentes facultatem eligendi Confessarium, possunt eligere quemlibet, etiam ab Episcopo non approbatum: nam Concil. Trid. nihil hac in re innouauit, sed loquitur tantùm de confessionibus sæcularium. Suarez & alij 19. p. 3. tr. 2. res 3. & in addit. 3. p. res. 4.

48 Præpositi Regularium possunt suis dare facultatem eligendi Confessarium, quemcumque voluerint extra Religionem, etiam non approbatum ab Ordinario, seclusâ constitutione Religionis, in contrarium. Quando autem aliquis
habuit

hab
aliqu
elap
obli
p. 6.
49
pos
con
der
ant
50
qui
hab
alij
in f
sen
res.
51
gul
fac
con
tis.
re
sur
re,
leb
co
co
sol

habuit potestatem sic confitendi per aliquod tempus, potest etiam post hoc elapsum confiteri eidem peccata antè oblita. Villalob. & alij. *p. 3. tr. 2. ref. 2.* & *p. 6. tr. 7. ref. 46.*

49 Episcopi vel superiores Monialium possunt alicui ipsarum in particulari confessorium extraordinarium concedere, etiam ultra tertiam vicem per annum. Bordon. *p. 6. tr. 8. ref. 28.*

50 Absolutio siue à reservatis, siue à quibusvis alijs ex præsumptione rati-
habitationis futuræ inualida est. Suar. & alij sed valet si præsumptio fundatur in signis quæ sufficienter indicent præ-
sentem voluntatem Superioris. *p. 6. tr. 6. ref. 57.* & *p. 3. tr. 2. ref. 11.*

51 In generali concessione factà Re-
gularibus absentibus à Monasterio cum facultate eligendi Confessorium, non comprehenditur absolutio à reserva-
tis. Suarez & alij *7. p. 3. tr. 2. ref. 119.* Qua-
re si Regularis in itinere incidat in ca-
sum reservatum, & necesse sit celebra-
re, potest, ad vitandum scandalum, ce-
lebrare sine confessione, eliciendo actū
contritionis; vel potest cum attritione
confiteri, etiam reservata, à quibus ab-
solvatur indirectè, sed postea tenebitur

518 *Regularium privilegia*

ea iterum confiteri super illa iurisdictionem habenti. *In Addit. 3. p. ref. 4.*

52 Probabile est Regulares vigore Iubilæi, seu Bullæ Cruciatæ, posse eligere Confessarium Regularem approbatum solum à suo Superiore, absque approbatione Episcopi. Nam licet ibi exprimatür Confessarium debere esse ab Ordinario approbatum, illud intelligendum est iuxta formam traditam in Conc. Trid. Saneius & alij 5. *ibid.*

53 Possunt Regulares celebrare cum altari portatili in quocumque decenti loco, quamdiu Episcopus non contradicit. Nec obstat Trident. quia solum concedit Episcopis potestatem id prohibendi. Lugo & alij 7. *p. 3. tract. 2. ref. 80. & p. 4. tr. 4. ref. 106.* Imò etiam contradicente Episcopo posse ita celebrare in cubiculis Religiosorum, vel etiam in grangiis, aut prædiis monasteriorum docet Lezan. & alij 3. eò quòd non sint privata domus, nec omnino extra Ecclesiam de quibus agit Trid. *p. 5. tr. 8. ref. 39.*

54 Tertiariæ non possunt à Sacerdotibus suæ Religionis sumere viaticum, & extremam unctionem in articulo mortis: quia non sunt propriè reli-

religiosæ. Sacr. Congreg. etsi olim per Sixti IV. priuilegium potuerunt. *part. 6. tr. 8. ref. 30.*

55 Priuilegia Mendicantium de celebrandis Missis tempore interdicti, non sunt per Conc. Trid. reuocata. Henriq. & alij 3 p. 3. *tr. 2. ref. 133.*

56 Possent Regulares ordinari ab Episcopo originis non obstante Conc. Trid. vel decreto Clement. VIII. docet Zypæus. In praxi tamen ex vi illius decreti, ad solos diocesanos vadunt. *p. 6. tr. 7. ref. 35.*

57 Possunt Regulares ab Episcopo ordinari extra tempora, ex priuilegiis à Pontifice concessis. (Barbosa & alij 7.) vel etiam nō seruatis interstitiis. (Portel. Possuntque in his dispensare Generales, & ab his delegati non obstante Conc. Trident. V lalob. & La Cruz p. 3. *tr. 2. ref. 31. 112 & 32. & p. 5. tr. 13. ref. 57.*

58 Præpositi Religionum quæ priuilegiorum communicatione gaudent, possunt concedere dimissorias Nouitiis, vt ab Episcopo ordinentur. Suarez & alij 4 p. 3 *tr. 2. ref. 7.*

59 Superiores Regulares possunt suis subditis litteras dimissorias concedere ad Episcopum diocesis; vel si absuerit,

vel Ordinaturus nō sit, ad quemcumque alium: vult tamen Conc. Trid. in illis dimissoriis exprimi causam absentiae Episcopi diocesani, vel Ordinationum ab eo non habendarum. Ledesma. & alij p. 2. tr. 16. ref. 13.

60 Regularis qui scit suam professionem esse irritam, peccat mortaliter si suscipiat sacros Ordines, & est suspensus: Ordinatur enim sine titulo patrimonij. Portel. & alij 3. p. 3. tr. 2. ref. 113.

Reliquia Sanctorum.

1 **R**eliquie recens inventae, sunt ab Episcopo approbandae. Ad illam autem approbationem requiritur. 1. certitudo moralis, non autem evidentia quae nitatur infallibilibus argumentis. 2. Ut ille Sanctus sit canonizatus. Porro licet Episcopus adhibeat in consilium Theologos, non tenetur tamen sequi eorum sententiam; quia tantum habent suffragium consultivum. Haec autem approbatio fieri potest extra diocesim: quia non est iurisdictio contentiosa, sed voluntaria. Barbosa. p. 2. tr. 15. ref. 51.

2. In furto reliquiarum paruitas materiae

teria
elt, se
Sanc
ticul
pecc

P

part
non
ad p
run
sent
bio
Vas
qua
par
res
ex
3. A
pos
tio
tur
de
me
de

terix non ex quantitate rei spectanda est, sed potius ex dignitate, vel raritate. Sanchez & Castro P. Hinc furans particulam etiam minimam S. Crucis, peccaret mortaliter. p. 5. tr. 5. ref. 35.

Restitutio.

Possessor bonæ fidei, si inæqualiter dubitet, & magis inclinatus in eam partem, ut credat rem esse alienam, non tenetur illam restituere, ne quoad partem quidem: quia nullæ occurrunt illi rationes quæ sufficiant ad assensum generandum: quare in illo dubio melior est conditio possidentis. Vasquez & alij 3. p. 2. tract. 15. ref. 10. Et quamvis postea verus dominus compareat, non tenetur restituere, nisi vel res ipsa adhuc extet, vel in quantum ex eâ factus est ditior. Vasquez & alij 3. Aliud esset, si quis, dum cepit rem possidere titulo emptionis, vel donationis, dubitabat an esset furtiva, quia tunc non est possessor bonæ fidei, unde tenetur saltem dividere. Quod si tamen acceperat à possessore bonæ fidei, & adhibuit diligentiam, ut dubium

suum deponeret, potest retinere, quia succedit in locum possidentis à quo illam acceperat, vel emerat. *Castro P. & alij. p. 4 tr. 3 ref. 25. 26 & 27.*

2. Qui dubitans an res sit furtiua, illam emit, ut postea vero domino restituat, potest inde deducere pretium pro eâ solutum, modò fuerit iustum, & dominus non fuisset sine expensis recuperaturus; tunc enim utiliter egit rem domini. *Sanchez & alii c. ib. ref. 33.*

3. Possessor bonæ fidei qui postea dubitans an res non esset aliena, neglexit inquirere, unde iam factus est impotens verum dominum inuenire, probabiliter non tenetur restituere: quia dubitat an illa negligentia alicui damnum intulerit. *Bonacin. & Castro Pal. ibid. ref. 29.*

4. Qui rem vendidit bonâ fide, & postea dubitat an sit aliena; non tenetur habere animum restituendi pretium vero domino, si constiterit rem esse furtiuam: quia non est inde factus locupletior. *Sanchez. p. 2. tr. 15. ref. 11.*

5. Qui bellum iniustum gessit bonâ fide, cognitâ postea iniustitiâ non tenetur ad restitutionem nisi ex re acceptâ, quæ apud ipsum adhuc in specie, vel

vir-

virtu
6 N
hospi
dona
nes n
lent)
cessit
Resp
pens
sunt.
7 I
greg
dam
Vale
resol
8
culp
ris a
pret
con
p. 3.
9
con
aut
ne
bla
pre
gn
iur

virtute extet. Lorca. p. 6. tr. 4. ref. 30.

6 Milites tenentur restituere quæ ab hospitibus suis extorquent, vel etiam donata accipiunt: (nam tales donationes non spontaneæ, sed coactæ esse solent) nisi sint in extremâ, vel graui necessitate, ex defectu solutionis; & tunc Respub. tenetur illis hospitibus compensare id in quo præ ceteris grauati sunt. Coninc. & alij 4 p. 6 tr. 4. ref. 26.

7 Dum iniuste spoliatur aliqua vrbs, gregarij milites solum tenentur ad damnum quod ipsi per se intulerunt. Vasq & alij 7. *ibid.* ref. 31. & p. 3. tract. 5. *resol* 86.

8 In dubio an extuo consilio, seu culpâ, secutum sit damnum, non tenentur ad restitutionem: quia in dubio, præsertim in materiâ iusti tix, melior est conditio possidentis. Henriq. & alij 8 p. 3. tr. 5. ref. 84.

9 Qui vi, vel fraude impedit ne quis consequatur hæreditatem, officium, aut beneficium, tenetur ad restitutionem. Vasq & alij 10. Secus si precibus, blanditiis, aut muneribus impediatur: nã preces, blanditiæ, & munera non repugnant libertati, atque adeò nulli fit iniuria. Lessius & alij 6. Quare qui per

men-

mendacium impediuit Petrum ne faceret eleemosynam Paulo, dicens illum non esse pauperem, tenetur ad restitutionem. Qui autem secretum alterius cognouit per iniuriam, & eo utitur in suum commodum, cum damno alterius, aliquando non tenetur ad restitutionem. v.g. Petrus scribit Romam ad Paulum vacare beneficium in mense Pontificis, litteræ veniunt in manus Ioannis qui eas aperit, & postea clausas reddit Paulo, sed illum præueniens impetrat beneficium: si Ioannes litteras tempestiuè tradidit, probabilius est non teneri ad restitutionem: quia licet fecerit iniuriam Paulo aperiendo litteras: non tamen obtinendo beneficium, cum Paulus non haberet maius ius quam Ioannes. *p. 3. tr. 6. res. 33.*

10 Qui fraude, aut mendacijs impedit, ne alicuius bona ob crimen fisco addicantur, non tenetur ad restitutionem: quia hæc proscriptio bonorum est pœna criminis; pœna autem non debetur ante sententiam saltem declaratoriam criminis, imò nec ante sententiam constitutiuam pœnæ. Idem dicendum de testibus, qui falso testimonio impediunt sententiam, & consequenter

quen
lij 9
11
num
rum,
re, si
esse
enir
tio, p
bell.
tihal
stum
12
didi
com
com
netu
iniu
cepe
veli
fide
illa
est
pre
ibi
13
per
stic
sus

quenter confiscationem. Vasquez & alij 9 *ibid.* ref. 35.

11 Si scias alterum tuo nomine damnatum illaturum, v.g. inimicum occisurum, neque prohibeas, teneris restituere, si alter sciebat suam voluntatem tibi esse notam, nec illi contradicit; illa enim taciturnitas iudicatur approbatio, per quam damnum inferitur. (Rebell.) Numquam autem teneris ex rati habitatione eius quod te ignorante gestum est. Vasq. & alij 3. p. 4. tr. 4. ref. 64.

12 Qui bonâ fide rem suam furi vendidit, & pecunias illas vel cum suis commiscuit, vel consumpsit, etsi postea compareat illarum dominus, nihil tenetur restituere: quia neque ratione iniustæ acceptionis (cùm bonâ fide acceperit) neque ratione rei acceptæ, quia vel illas pecunias consumpsit, vel bonâ fide cum suis permiscendo acquisivit illarum dominium, neque etiam factus est inde ditior, cùm rem suam iusto pretio vendiderit. Layman & alij 5. *ibi* ref. 67.

13 Quod multis illatum est damnum per minutas venditiones iniustas, restituendum est, non pauperibus, sed ipsis civibus minoris vendendo, aut majori

iori mensurâ, donec veniatur ad æqualitatem. Molina & alij 8. Non autem tamen contrarium dicere improbabile, posse scilicet dari pauperibus, & tunc etiam esset locus Bulte compositionis, Valq. & Lopez. *ibid.* ref. 46. & 113.

14. Qui dedit Confessario pecunias alteri restituendas, si post aliquod tēpus sciat Confessarium non restituissē, probabile est non teneri de nō restituere. Lessius & alij 2. p. 2. tr. 17. ref. 2. *ibid.* 113.

15. Diuturnitas voluntariæ retentionis rei alienæ, invito domino, non est necessariò in confessione aperienda: quia est tantum circumstantia aggravans. p. 1. tr. 7. ref. 58.

16. Iniquus rei alienæ detentor est in continuo actuali peccato, dum voluntariè restitutionem omittit. Peccat autem de novo mortaliter, quoties renovat propositum non restituendi, vel quando proponit restituere, & postea datâ opportunitate non restituit; per somnum verò, & naturalem inadvertentiam, non ita interruptitur illa ommissio restitutionis, ut multiplicentur peccata numero distincta. p. 2. tract. 16. ref. 25.

17. Eerentes suffragium ad opus iniustum,

stum
dantur
coope
ref. 79.
18. Qu
li, & c.
tes pr
pollut
re, te
lij 4. E
le put
19. C
guior
stue
potest
cellar
re vit
sint e
tract
tūm
suis
20. E
solue
neris
in he
Nau
21
bitis
post

stium, singuli tenentur ad integrum
damnum restituendum: quia singuli
cooperantur ad totum. *part. 4. tract. 4.*
ref. 79.

18 Qui eligunt ad cathedram Capel-
lā, &c. vel etiam qui designant paupe-
res pro accipiendā eleemosynā, non
possunt pro eo munus aliquod accipe-
re, tenenturque restituere. Lessi. & a-
lij 4. Et si contrarium quidam probabi-
le putant. Fagūd. & alij 3. p. 6. tr. 6. *ref. 59.*

19 Qui cessit bonis, si postea ad pin-
giorem fortunam veniat, tenetur re-
stituere. Quando autē quis cedit bonis,
potest tutā cōscientiā retinere sibi ne-
cessaria, & familiæ suæ, ut non indeco-
rē viuat. Quod verum est, etsi debita
sint ex iniustitiā, & notorio delicto cō-
tracta, quamuis tunc non possit tan-
tūm sibi retinere quantum aliās. Les-
sius & alij p. 4. tr. 4. *ref. 78.*

20 Debitor mortuus quamuis non sit
soluendo, possunt tamen moderatæ fu-
neris expensæ deduci: nam creditores
in hoc non sunt rationabiliter iniuri.
Nauarr. p. 5. tr. 3. *ref. 116.*

21 Qui per Bullam compositionis de-
bitis incertis satisfecit, comparentē
postea vero domino, nihil tenetur resti-
tuere:

tuere:

tuere: quia hæc compositio æquivaleret præscriptioni. Bannez & alij 3. Possunt autem Bullas istas concedere Episcopi pro suis diocæsesibus. Henriq. & alij 2. p. 4. tr. 4. ref. 112.

Vide *Emptio, Venditio.*

Reus.

REUS non tenetur Iudici respondere, nisi testium depositio illi innotescat; quia non constat an iudicè rogetur. Sanch. & alij 8. p. 3 tr. 5. ref. 91.

2 Quoties factum contra legem excusatur à peccato propter aliquam circumstantiam, potest reus iudicè interrogatus, illud negare sub iuramento; intelligendo de opere quod fuerit peccatum, ut si quis occidit hominem quem putavit esse feram, vel ob iustam sui defensionem. Portet & alij. *ibid* ref. 66.

3 Reus, cuius crimen non est plenè probatum, potest etiam iudicè interrogatus, ad mortem vitandam celare veritatem, non obstante iudicis præcepto, neque in causâ capitis tantum, sed etiam mutilationis, tritemium, proscriptionis, & confiscationis omnium bonorum, aut grauis dedecoris.

At

At si
netur
dere.

4 N
casu
dere,
si spe
terna
non

ref. 91

5 A
reus
iam

conf
dum

cruc
æqu
misi

ludi
etia
ex r

luat
mæ
cias

6
dice
qua
Co

suu

At si delictum plenè probatum sit, tenetur reus ad mentem Iudicis respondere. Lessius & alij 13. p. 2. tr. 15. ref. 27.

4 Non tenentur rei in quocumque casu interrogati de complicibus respondere, nullâ infamâ laborantibus. Imò si spes est fore ut emendentur per fraternam correctionem, præstat illos non reuelare. Malder. & alij 7. p. 3. tr. 5. ref. 99.

5 Ad vitanda grauia tormenta, potest reus sibi falsum crimen imponere, etiam addito iuramento, licet ob illius confessionem sciat se morte plectendum; quia vita non est digna tantis cruciatibus; & mendacium excusatur æquiuocatione, scilicet crimen commississe non re, sed solum ut fateatur Iudici ad vitanda tormenta. Potest etiam reus occultus prodere se Iudici ex motiuo iustitiæ, ut peccati pœnas luat in hac vitâ; nisi sit persona maximæ auctoritatis, & Reipub. utilis. Saneius & alij. *ibid.* ref. 7.

6 Si reus legitimè interrogatus à Iudice, neget veritatem metu mortis, ad quam iustè damnaretur, non tenetur Confessarius ei præcipere, ut dictum suum retractet; esset enim cogere ad

se prodendum. Neque tenetur manifestare veritatem non solum dum iudicium durat, sed neque post latam sententiam mortis: debet tamen habere voluntatem verè respondendi, si iterum interrogetur. Sed non facile debet Confessarius hanc obligationem in particulari proponere, ne noui peccati periculo illum exponat. Sanchez & alij. p. 2. tr. 15. ref. 26.

7 Si reus iuridicè interrogatus neget delictum, ob quod pœnam pecuniariam teneretur soluere, non est obnoxius restitutioni: quia lædit iustitiam publicam, & vindicatiuam, non autem commutatiuam. Vasquez & alij 5. p. 3. tr. 5. ref. 52. Imò id verum est, etsi crimen negans falsis testibus se defenderet. Sanchez & alij 3. p. 4. tract. 8. ref. 108. Non tamen licet reo falsum crimen obiicere testi falso, aut contra ordinem iuris testanti: non enim habet ius defendendi se tali medio. Malder. p. 3. tr. 5. ref. 4.

8 Possunt reo suppeditari instrumenta ad efringendum carcerem, sicut potest illi dari consilium fugiendi. Malder. & alij 10. Reus autem qui fugit efracto carcere, non ex eo peccat, nec

ad

ad restitutionem tenetur, quòd alij captiui aperto carcere fugiant; ipse enim utitur suo iure. Villalob. & Reg. *ibid. ref. 102.*

9 Non licet condemnare reum non adhibitis solennitatibus prærequisitis: cum enim sententia sit publica, ferenda non est ex priuatâ notitiâ, sed ex publicâ in iudicio habitâ. Azor. & alij 4. Si tamen crimen est omnino publicum (vt cum latro deprehenditur in flagrâti delicto) potest absque citationibus condemnari; & si ex publico supplicio sit periculum, occultè potest occidi. Nauarr. & alij 2. *ibid. ref. 98.*

10 Reus etiam malæ vitæ in carcere existens, dum præ multitudine eius causa citò examinari non potest, non potest interim triremibus imponi, etiam ex causâ necessitatis, & quamuis ei merces pro eo labore sit soluenda, si postea iudicetur innocens. Mastrill. p. 6. *tr. 6. ref. 5.*

11 Reus tantùm indiciatus ad torturam, non est condemnandus per sententiam iudicis ad triremes antequam audiatur, & ei detur terminus ad se defendendum: quia defensio ita competit reis de iure naturali, & diuino, vt.

Princeps etiam de absolutâ potestate eam illis adimere non possit : nisi in aliquibus tantùm casibus ; vt quando delictum est notorium ; quando timeatur tumultus populi, & aliis huiusmodi, in quibus scit Princeps nullam reis competere posse defensionem. Lessius & alij. *In Addit. 3. p. ref. 29.*

Rex, Imperator.

Reges & Imperatores ex speciali priuilegio, ab Episcopis excommunicari non possunt, ob reuerentiam maiestatis ; Officiales verò eorum, & Consiliarij possunt. Barbosa & alij 3. *p. 3. tr. 1. ref. 9.*

S.

SACRAMENTVM.

AD veritatem formæ Sacramentorum non requiritur physica eius coexistentia cum materiâ, sed sufficit moralis coniunctio. Granad. & alij 4. Idem est de interruptione si non sit tanta, quin secundum regulas dialecticas sit vna oratio. (Nugnus.) vnde non obstabit si Sacerdos baptizans cum dixit,

dixit
mult
garr
&c. 1
2 V
in co
est c
quo
dice
beat
tam
mo
& a
mei
vt
adu
Qui
ven
ref.
3 I
in a
sus,
teri
tr. 1
4
qua
fufe
put
lij